

Rector Academiae Rostochiensis, Joannes Bacmeisterus, Phil. & Med. Doct. ac Professor. Ad Funeris deductionem ... matronae, Margaretae Bordingiae, ... Viri, Dn. Eberhardi Dickmanni, I. U. Doctoris ... coniugis desideratissimae Hodie hora media prima praestandam Omnes omnium ordinum cives Academicos officiose & amanter invitat

Rostochi[i]: Pedanus, 1629


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746813074>


Druck Freier  Zugang




Bacmeister, J.,
in M. Bording,
uxor. E. Dickmann.
R. 1629.

56







131. 16
RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
JOANNES BACMEISTERUS,
Phil. & Med. Doct. ac Professor.

Ad
Funeris deductionem
Lectissimæ & honestissimæ matronæ,
MARGARETÆ
BORDINGIÆ,

Clarissimi & Consultissimi Viri,
Dn. EBERHARDI DICKMANNI,
J. V. Doctoris, & judicij provincialis Me-
gapolitani Advocati solertissimi, conjugis desi-
deratissimæ

Hodiè hora media prima præstandam

Omnes omnium ordinum cives Aca-
demicos officiosè & amanter invitat,



ROSTOCH I
Exscripsit typis JOACHIMUS PEDANUS Acad. Typ
Anno c15 15 CXXIX,



RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
JOANNES BACMEISTERUS,
Phil. & Med. D. ac Professor.



Emorabile & elegans est
quod in Græco versiculo di-
citur: Ταπεινὴ ἀρετὴ ἐστὶ γενναία
ἡμεν. Verè enim virtutis pe-
nu est generosa fœmina, in
qua vera pietas, pudicitia,
amor mariti sincerus, sua-
vis & ardens, taciturnitas, assiduitas domesti-
ca, vitans expatiationes vagas, industria & se-
dulitas in re familiari tuenda, & laboribus Oe-
conómicis obeundis parsimonia & frugalitas,
ac diligentia & fides in educanda sobole, elu-
cent. Ejusmodi fœmina & matrona verè pia,
modesta, pudica, comis suavis & rei Oecono-
micæ studiosissima fuit MARGARETA viri
Clarissimi & Consultissimi Dn. EBERHARDI
DICKMANNI, J. V. Doctoris, judicij pro-
vin-

vincialis Megapolitani advocati, & practici fo-
lertissimi, compatris & affinis nostri conjunx
dilectissima, quam omnibus virtutibus hone-
sta Matronæ convenientibus ornatissimam,
& mariti amantissimam, Deus ipso die Mat-
thæi intra sextam & septimam matutinam,
ex hac ærumnosa miseriarum valle, perpetuis
difficultatibus, molestijs ac periculis exposita,
in verani & cœlestem transtulit patriam; cum
quatruido antè incommodius habere cœpisset,
& morbi nunc passim grassantis violentia,
vires, nil proficientibus medicamentis etiam
exquisitissimis adhibitis, penitus superasset
& defecisset. Nullum itaq; dubium est, quin
maritus, aliò avocatus & domo absens nuncia-
ta insperata & immatura dilectissimæ uxoris
morte, vehementer fuerit animo percussus &
in gravissimo nunc luctu & mœrore versetur.
Verum hunc luctum non decet esse talem, qua-
lis est gentilium, qui spem non habent, sed qui
certissima spe & expectatione resurrectionis
mortuorum & vitæ æternæ mitigetur; ubi cor-
pora nostra rursus juncta animabus suis, acci-
pient vivum glorificata decus. Est igitur
justissimus est dolor, & honestus ac pius lu-
ctus, quem ex obitu, conjugum, liberorum alio-
rumq;

sumque consanguineorum, quorum animos
Deus mirabili vinculo ita conglutinavit, ut
non sine ingenti cordolio disrumpi ac dissolvi
queant, concipimus; tamen cum non casu in
hanc lucem producamur; nec fortuito ex ea
emigremus, sed à Deo definiti sint dies nostri,
& numerus mensium nostrorum, & ipse sit vi-
ta nostra & longitudo dierum nostrorum, qui
dat vitam & mediocria vitæ spatia, alijs lon-
giora alijs breviora: huic evocanti alios matu-
rius, alios tardius ex hujus vitæ statione, æquif-
simum est nos reverenter parere, & sine fremi-
tu & indignatione humiliari sub potenti ipsius
manu. Hæc & alia consolationis plena in disces-
sione & calamitate eorum quos carissimos ha-
buimus, accuratius considerantes & fidem ac
spem resurrectionis in animis nostris confir-
mari ardentius à Deo petentes, resistere dolori
aliquò modo possumus: id quod Dn. D. DICK-
MANNVM, affinem, compatrem & amicum
nostrum honorandum, dulcissimæ conjugis o-
bitum immaturum lugentem, etiam facere
oportebit. Neq; enim convenit homini Chri-
stiano ut tristitia & mœrore se conficiat, pro-
pter eam eamve, cujus tristitiam Deus in sem-
piternum gaudium jam convertit, & à cujus
ocu-

oculis omnes lachrymas absterfit, cujusq; ani-
ma Deo placita, & amicta stola alba ante thro-
num Dei & agni JESV CHRISTI consistit, ut
Apoc. 7. scriptum est. Vndè etiam Syracides di-
cto loco adjicit: sed tamen consolatione rursus
erigas te, ne mœrore animi nimio opprimaris:
nã ex mœrore animi venit mors, & tristitia ni-
mia debilitat vires. Proindè consideratione,
voluntatis divinæ, quæ semper est optima, cui
etiam nemo resistere potest; & quod anima
defunctæ Deo placuerit, qui solus novit quid
nobis nostrisq; expediat: & spe gloriosæ resur-
rectionis, tum etiam quod conjugem amantif-
simam non amiserit, sed ad meliorem ac tran-
quillio rem vitam præmiserit, animum mœ-
stum, maritus viduus eriget, ac dolorem
quantum fieri potest, mitigabit. Nata au-
tem est Anno 602. 18. Majj piè hæc defuncta
matrona, honestissimis in hac urbe parentibus
patre PETRO BORDING, cive primario &
Centumviro; matre MARGARETA BALE-
MANNIA. Ab his suis parentibus cum piè &
honestè educata, & ad virtutes Oeconomicas
probè instituta & sedulo assuefacta esset, nu-
bilib facta, supradicto Dn. DEBERHARDO
DICKMANNNO, nuptias ipsius modestè am-
biente,


A. 3.

bienti, matrimoniali foedere fuit conjuncta.
Anno 1621. die 14. Augusti, cum quo per octen-
nium in matrimonio conjunctissime vixit, &
per aetatem adhuc multos annos vivere potuif-
set, nisi Deo opt. max. aliter fuisset visum: cu-
jus solius sapienti & arcano Consilio, quod af-
fectibus humanis longissime anteferendum
est, cedere oportet. Matrimonium vero hoc
ut secundum fuit & tranquillum ita non exti-
tit infœcundum. Quatuor enim ex eo nati sunt
filij JOANNES, EBERHARDVS, PETRVS,
LV CAS, quorum postremus solus adhuc est
superstes. Majores defunctæ quod attinet, ne
prolixius de ijs agamus, cum Chartæ hujus an-
gustia id non permittat, proximiores saltem
atingemus. Avum itaq; maternum habuit
defuncta hæc nostra JOANNEM BALEMAN
amitinum nostrum p. m., aviam vero BARBA-
RAM BATTAM, Dn. D. LEVINI BATTI,
Medicinæ quondam in hac Academia Profes-
soris & mathematici celeberrimi sororem.
Avus vero paternus ipsi fuit GERHARDVS
BORDING, civis honestus & primarius, Avia
autem CATHARINA Meisenfeldes/ marrona
lectissima. Horum majorum suorum vesti-
giis insistens pie nunc demortua, toto vitæ
tem-


tempore non tantum pietatis modestiæ, ac mo-
rum suavitate fuit studiosissima: sed etiam fi-
dem erga Deum & Dominum ac redemptorem
nostrum JESVM CHRISTVM & lucem divi-
nam in corde suo accensam, amore, lectione &
auscultatione verbi divini quotidiana, crebro
usu Cœnæ Dominicæ, ardentiq; precatione
subindè restatum fecit, mentem suam verè do-
micilium ac templum Dei & sacrarium Spiritus
Sancti fuisse; ita ut eidem hic ex hac mor-
talitate abitus, non solum vitæ fugacis & fragi-
lis finem imposuerit; verum etiam ad vitæ fir-
mæ & perpetuæ gaudia aditū patefecerit & iter
liberum concesserit. Quas verò nobis moriens
reliquit corporis exuvias, cum hodiè hora me-
dia prima terræ omnium patri piis ceremoniis
& usitato apud nos ritu, sint reddendæ, non
dubito vos omnes qui Academiæ jurisdictionem
agnoscitis, postremum hoc humanitatis
officium piè defunctæ, vestra spontè libenter
esse præstituros; idque ut in solatium mæstif-
simi mariti, & honorem honestissimarum fa-
miliarum facere & dicta hora in templo Ma-
riano frequenter convenire, funeris deductio-
ni interesse, eamque honorifica sua præsentia
coho-

cohoneftare & Deo fuam finguli vitam & mor-
tem, unâ cum Reip. tam litterariâ quàm civi-
lis falute, triftiffimis hifce temporibus quàm
diligentiffimè commendare haut graventur,
obnixè & amanter rogamus & hortamur. P.P.
23. Septemb. Anno cl^o Is CXXIX.






GK





tempore non tantum pietatis
rum suavitatis fuit studiosiss
dem erga Deum & Dominum
nostrum JESVM CHRISTVM
nam in corde suo accensam, a
auscultatione verbi divini qu
usu Cœnæ Dominicæ, arde
subindè restatum fecit, mente
micilium ac templum Dei &
tus Sancti fuisse; ita ut eidem
talitate abitus, non solum vita
lis finem imposuerit; verum e
mæ & perpetuæ gaudia aditū p
liberum concesserit. Quas ver
reliquit corporis exuvias, cun
dia prima terræ omnium matr
& usitato apud nos ritu, sint
dubito vos omnes qui Acade
nem agnoscitis, postremum I
officium piè defunctæ, vestra
esse præstituros; idque ut in s
fimi mariti, & honorem hono
miliarum facere & dicta hora
riano frequenter convenire, fu
ni interesse, eamque honorific



ac mo-
tiam fi-
ptorem
m divi-
one &
crebro
atione.
erè do-
Spiri-
c mor-
& fragi-
itæ fir-
& iter-
oriens
ra me-
moniis
, non
dictio-
nitatis
penter
æstif-
am fa-
o Ma-
uctio-
entia
coho-